

August Varenius Sebastian Bacmeister

**Vera Messiae Exhibitio & Theanthrpia : Ex Michae cap. V. v. 1. per ergasian  
ermneutikn, elenchtikn & praktikn Ostensa ac Vindicata**

Rostochii: Kilius, 1693

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74004835X>

Druck Freier  Zugang






RU theol. 30.Jan. 1669

Varenius, Aug.
















Auxiliante Deo Triuno

**VERA MESSIÆ EX-**  
**HIBITIO & ΘΕΑΝ.**

**ΘΡΩΠΙΑ,**

Ex Michæ cap. V. v. i.

per

*ἑρμηνείαν ἑρμηνευτικὴν, ἐλεγχτικὴν & πολεμικὴν*  
Ostensa ac Vindicata,

Quam

In inclutâ Academia Rhodopolitanâ,

Consensu Per-Rev. Collegii Theolog.

PRÆSIDENTE

*VIRO Perquam Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo*

**DN. AUGUSTO VARENIO**

**SS. Theol. D. Sereniss. Duc. Meckle. Theo.**

logo Prof. Publ. & Consiliario Ecclesiastico,

Dno. Præceptore, Patrono atq; Evergetâ suo

summoperè suspiciendo,

*luci exponit, & Publicæ disquisitioni submittit*

**SEBASTIANUS L. F. M. N. BACHMEISTERUS,**

Aterndorpio-Hadelericus

AUTOR

ad diem XXX. Januar. ANNI clō Ioc LXIX.

in Acroaterio Magno Academ.

ROSTOCHII, Typis JOHANN. KILII, Academ. Typogr.

Anno MDC XCIII.

*Rostock  
Rostock  
Rostock*

*1669*

*1693*



VERA MESSIAE EX  
HITIO & ORAN  
SPONTIA  
Ex Michaele V. J.  
Inclusus  
IN ARGUMENTO  
Rostock  
Bibliothek  
1787





Ἐν τῷ ὀνόματι Θεοῦ Πατρὸς Ἀμήν.  
πρωτότυπον.

**T**uo quis pulchriorem ac pretiosorem the-  
saurum possidet eò diligentius istam obserare, reponere,  
(Latini namque Græci & Hebræi in eò conveniunt, quod  
vocabulum *θησαυρός* à reponendo derivent) abscondere, ac  
minus spectando defatigare solet, juxta proverbinm:

Ὅτι καλὸν, φίλον ἐστὶ, πὸ δ' ἔκαλον, ἢ φίλον ἐστὶ.

*Theognis*  
v. 17.

Ita prorsus molestum nobis esse non poterit, quod in præsens  
considerationi *θεοῦ Πατρὸς* s. Filii DEI, *μεσίτε καὶ* *ἐκέρτε* nostri quid  
tribuamus, quippe hic thesaurus est, & donarium magnificentissimi  
Regis DEI, & ipse DEUS Filius est noster thesaurus nobis à DEO Pa-  
tre dono missus, *ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως*  
*ἀπόκρυφαι* ut inquit Apostolus. Hic intimius in visceribus cordium  
nostrorum reponendus, extra hunc enim nulla vera datur sapientia,  
juxta effatum Apostoli, Charitatem Christi omni cognitione supe-  
riorem. Quid igitur mirum, si, ubi hic omnium præstantissimus  
thesaurus noster, ibi cor nostrum sit? Agamus ergo, ut hoc tempo-  
re, quo undique templa & cathedræ laudibus pro incarnatione Filii  
DEI resonant, paulisper, animis nostris ab his temporalibus abductis,  
mysteria nativitatis Dominicæ contemplemur. Miremur mysterium  
incarnationis Filii DEI, non rimemur: introspicere cupiamus, & si to-  
tum non capiamus, fateamur potius nostram ignorantiam, quàm DEI  
negare velimus potentiam. Et ne nos hoc tempore Filio DEI debi-  
tum suum honorem detrahamus, præsentī hâc dissertatione aliquantu-  
lum penitius consideremus nativitatem ipsius, pro ut à divinissimo va-  
te Mi-

*ad Colos. 3.*  
2. v. 3.

*ad Ephes.*  
v. 19.

A

te Mi-



*Thema Dis-* te MICHA id Prophetia sua cap. V. v. i. praedicta, non ac si nostra  
*putationis.* commentatione illud vaticinium illustrius reddere intendamus, (quod  
 satis superque praestitit vixi prodigiosa prorsus eruditione praediti) sed  
 ut persolvendo DEO sua, hac pia meditatione gratias ex summo debito  
 ipsi referamus pro omnibus innumeris à primis iucunabilis in hunc  
 usque diem in nobis collatis beneficiis, quæ tanta, ut nemo unquam  
 tantâ eloquentiâ, neque tam divino aut incredibili genere dicendi fue-  
 rit, qui ipsius magnitudinem multitudinemque beneficiorum, non  
 modo augere & ornare oratione, sed enumerare aut consequi posset.  
 Et, cum initium omnium à DEO juxta monitur D. Pauli sit sumen-  
 dum, vel eam solam ob causam à piâ quâdam meditatione specimina-  
*Partitio.* nostra Academica exordiri voluerimus. Nostram autem dissertatio-  
 nem dispartimus in tres sectiones, quarum prima ἐργασίαν ἐπισημαστικὴν  
 absolvetur, secunda ἐργασίαν ἐλεγχτικὴν tradet, tertia ἐργασίαν ὑποθετικὴν  
*Votum.* πικρὴν agmen claudet. Prius tamen quàm nos ad opus accingamus, Pa-  
 trem luminis à quo omne donum perfectum proficiscitur invocamus,  
 ut nobis velit adesse suâ gratiâ, ac Spiritum S. largiri, quo verum & in-  
 corruptum sensum hujus dicti percipiamus, nec alienum in illud infe-  
 ramus: ille sanctus Pater ecclesis sanctificet in veritate suâ, verbum  
 suum veritas aff.

CAPUT I.

Exhibens ἐργασίαν ἐπισημαστικὴν.

*Ab. de me-* Si quâpiam in ire Galeni præcerum observari debet: Δεῖ πρῶτος  
*thod. med.* ἔτι ζῆν τὰ ὀνόματα, ad solidam in primis Codicis sacri interpretatio-  
*cap. 5.* nem quàm maximè id facit. Etenim interpreti magnæ laudi ducitur,  
 genuinum scripturarum sensum, & analogiæ fidei conformem investi-  
*Jul. C. Si a-* gasse atque ostentisse. Hoc verò, teste Scaligero commode fieri nom-  
*lig. de sub-* potest, nisi vocum prius usus cognoscatur: siquidem eo potissimum,  
*vil. ad Car-* provehimur in rei perceptionem: quemadmodum Plato in Cratylō  
*dam exerc.* & multis in locis Aristoteles demonstrat. In hōrum sententiam etiam  
*1. sect. 1.* Basilius it, interpretem, inquiens, debere sententiâ in singulis voci-  
*Basilius lib.* bus ac syllabis perscrutari. Ut ergo & nostra hæc ἐργασία verè sit  
*de Spiritus,* ἐπισημαστικὴ, non abs re fore arbitror, si à nominibus cum Scaligero  
*cap. 1.* auspi-



aspicemus, adeoque toti primum in eò sumus, quo ante omnia nativa  
 vis & significatio singulorum vocabulorum enodetur, id ipsum autem  
 expediri haud facilius potest, quam si textus Propheticus analyticè re-  
 solvatur, rectè vertatur, ac deniq; verus ejusdem sensus exponatur.  
 Quam viam cum per multi præclari ac eruditissimi Viri antè nos sæpè  
 calcaverint, eorum vestigiis insistentes nos in præsens ἐργασίαν hanc  
 nostram ἐπιτελευτήσασθαι tribus, quæ enumeravimus membris includemus,  
 isdemque caput Primum breviter absolvemus,

MEMBRUM I.

Textum Analyticè & Philologicè resolvit.

§. 1. **אֶתְּ** ] Pronomen integrum masculinum personale, *Et tu*  
 & quidem secundam personam in singulari indicans, cum **אֶתְּ** finali  
 ad differentiam formæ femininæ **אֶתְּ** nõrante cl. Buxtorfio. *Præ-* lib. i. t. bef.  
 fixa in separabilis particula **אֶתְּ** regulare punctum suum Scheva reti- *gram. cap.*  
 nens, ut plurimum copulativa est, ac per ET exponitur: *ii. p. m. 88.*  
 Quia verò, *ibid. cap. 59*  
 ut idem Buxtorfius optimè monuit, pro ratione ac commoditate sen- *p. m. 330.*  
 tentiæ etiã aliter hæc littera explicari potest, & supposito usu copulativo  
 nullus in praxi biblicâ faciliè illustrior & magis emphaticus usus est,  
 quàm suppositionis adversativæ, quod fit (1) in actibus oppositis, vel  
 insigniter disparatis (2) sive in nomine sive in primis, primæ vel 2. per-  
 sonæ pronomine, (3) eodemq; notato accentu distinctivo s. Reg. c.  
 conf. Gen. 19. 24. Jon. 1. 4. 5. c. 2. v. penult. Ps. 52. 9. 10. Hof. 6. 7.  
 qui triplex character hoc loco datur ubi (1) illi turmæ vel turmaræ tur-  
 matim Judæam invadenti, opponitur Bethlehem vel hujus mansuræ &  
 Immanuelis patriæ futuræ privilegium, ipseq; adeò Liberator s. Do-  
 minatur nascituros in Bethlehem illi hosti & Domino turmatim ac ho-  
 stiliter invadenti, conf. v. 1. (vel juxta alios, ultimus c. 4.) cum 2. (vel  
 juxta illos, c. 5.) ubi (2) Nominativus pronominalis 2. personæ, ubi  
 (3) in eodem accentu Regius emphatice distinguens se. Geresch in vo-  
 ce 1. vel Revia tertiã, proinde non improbandi S. Pagninus, Fran-  
 ciscus Vatablus, Tremellius, Junius aliq; qui adversative explicarunt,  
 quorum vestigia legit Piscator, & h. l. adversativam quoque adhibuit  
 etsi LXX interpret. B. Lutherus & alii copulativè accipiunt, ut non tam  
 præcedentem ultimum versiculum quam totum caput hæc particula  
 respiciat.



*Bethlehem;*

§. 2. **בֵּית-לֶחֶם** ] Naturâ suâ duæ quidem voces sunt ac verò h. l. per virgulam Makkaph tam arctiore vinculo connexæ, ut una videatur à duabus facta. Est autem composita hanc vox ex **בֵּית** quod in Regim, **בֵּית** Domus, & **לֶחֶם** Panis, s. omnis generis subsidium & sustentaculum vitæ, à Rad. **לָחַם** refecit, sustentavit &c. Hinc **בֵּית-לֶחֶם** Hieronymo interprete ob samnam fertilitatem & *καρποφορίαν*, quia erat locus ferax frumenti, quasi Domus panis, sive Domus dives alimentorum corporis. Sic enim habet Adrichom. in descriptione Terræ sanctæ: Bethlehem sita est in monte mediocriter alto, situ ipso arcto & oblongo. Terra subjecta rerum omnium copiâ multum præstat, vini potissimum, ut comparandum non sit; quod ex aliis Palæstinæ locis adfertur &c. vid. l. c. Est autem nomen urbis olim sitæ in tribu Judæ, duobus brevibus milliaribus Hierosolymis distans, de qua Judic. 17. 7. unde à Matthæo cap. 2. v. 1. & 5. *Βηθλεέμ τῆς Ἰουδαίας* Bethlehem Judææ, ac v. 6. *Βηθλεέμ τῆς Ἰούδα*

*Hieron. de* Bethlehem terra Juda appellatur. Vocatur aliàs civitas Davidis Luc. locis Hebr. 2. 4. Joh. 7. 24. quia David ibidem natus est & educatus, 1. Sam. 16. 1. *Christheid-* 4. & c. 17. 12. Ejusdem nominis etiam alia quædam urbs fuit in tribu *manni Pa-* Zabulon, unde oriundus Abessan Judex populi Israelitici, ut videre est *test. c. III.* §. Jos. 19. 15. Judic 12. 8. Idcirco ne lateret quenquam, utram harum *Pro-* 48. & *seqq.* pheta intelligere, immediatè addidit veterem appellationem Ephra- *c. IX.* §. 24. tha, de quâ §. proxime sequenti.

*Ephratha.*

§. 3. **אֶפְרַתָּה** ] **אֶפְרַתָּה** absque ה finali, nam utroque modo passim in Scripturâ exstat, utpote Genes. 35. 16. 19. cap. 48. 7 & alibi. Est autem nomen auctum à principio, descendens à Rad. **פָּרַח** fructuosus fuit, fructificavit. Hoc loco est nomen Urbis alias Beth-  
lehem dictæ, significans juxta Lebeum in Onomastico Theologico Terram fructiferam s. pullulantem. Cur huic urbi primùm sit imposi-  
tum nomen **אֶפְרַתָּה** valde controvertitur nec adeo inter Autores

*Cramerq in*

*class. 3. Pro-*

*ph. Schole*

*in expl. 2.*

*vaticinii*

279.

convenit. Alii referente B. Dn. D. Cramero utrumq; nomen habuisse ab antiquis hominibus tribus Judæ putant de quibus legimus 1. Paral. 4. 4. isti sunt filii Hur, primogeniti Ephrata patris Bethlehem, existimantque ob id vertisse LXX. *καὶ οὐ ἐκείως τὸ Βηθλεέμ τὸ Ἐφραθὰ* cum articulis. Licet autem respondere quis forte posset cum laudato

Cramero:



**Cramer**o: ex allegato certum esse. Bethlehem fuisse patrem Ephrata,  
 & hinc sequi, Bethlehem necessario antiquiorē fuisse filio Ephrata cum  
 causa prior sit effecto. Idcirco si Oppidum hoc nomen accepisset ab  
 utroque, certe prius à Patre Bethlehem, quàm à filio nomen accepisset.  
 Et sic prius Bethlehem, postea verò Ephrata dictum fuisse oppidum;  
 sed hoc falsum est; prius enim Ephrata, postea Bethlehem dictum est,  
 quod abundè satis liquet ex cap. 35. 19. Genes. quo sic inquit Moyses:  
*In via qua ducit Ephratam, hæc est Bethlehem*, ubi nomen Ephrata, ut  
 antiquius, & ob id ignotius, per Bethlehem, ut recentius & notius de-  
 clarat: tamen in hæc epicrisi, id quod velut certum supponitur, non so-  
 lum non est certum: sed & falsum scilicet in loco I. Chron. c. 4. 4. Bethlehem  
 nominari Patrem Ephratæ: cum contrà, ibi in lineâ descendente non  
 numeretur (1) Bethlehem. (2) Ephrata. (3) Hur, vel (1) Hur idemque  
 dictus Bethlehem (2) Ephrata imo nec (1) Hur (2) Ephrata (3) Bethle-  
 hem: sed, (si modo nomem Bethlehem ibidem nomem Viri proprium,  
 non Gentile vel paronymicum) 1. Ephrata. 2. Hur. 3. Bethlehem, atq;  
 adeò Ephrata avus Bethlehem, & sic nomen Oppido prius potuerit  
 esse Ephrata, idemque antiquius, quàm Bethlehem esse textus ex Ge-  
 nesi allegatus non cogit. Alii, ut pote Junius in notis adhuc versum  
 in Bibliis, Pasor in suo lexico &c. nomenclaturam hæc à Calebi uxore  
 Ephratæ, cujus fit mentio I. Paral. 2. 19. deductam volunt. Alii verò,  
 utpote Dn. D. Cramerus l. c. Tarnovius in h. l. D. Ananias Weberus  
 D. Conrad. Dietericus in analysi Evang. in festo nativ. Christi &c. à fer-  
 tilitate loci deducunt. Hæc sententia illi videtur præferenda, tum quod  
 eandem ob causam hæc urbs בית-לחם id est Domus panis po-  
 stea appellari consuevit, Gen. 35, 16. tum quod Chronologia illi favet  
 minime. Caleb enim erat filius Hefron. Paral. 2. 9, 19. atque ita nepos  
 Phares seu Perez. I. Paral. 2, 5. qui à Thamar ex incestu Judæ, Jacobi filii,  
 prognatus Gen. 38. 29. Cum ergo complures intercesserint anni ab illo  
 tempore, quo Jacobi uxor Rahel in partu difficili animam expirabat,  
 quando oppidum Bethlehem hoc nomen jam obtinebat, & postea pri-  
 mum Bethlehem dictum, ad id, quo Jacobi ab nepos Caleb uxorem  
 ducere Ephratam, veritati haud consonum cum supra laudatis erudi-  
 tissimis viris existimamus, Calebi conjugem tempore sepulturæ Rahe-  
 lis, de quâ Gen. 35, 19. lucem hanc non adspexisse nedum Bethlehem ap-  
 pellationem suam inde accepisse. Nisi enim ipso tempore obitus Ra-  
 helis

*dissert. 3.  
 pralim. de  
 Salvatore  
 Christo.*



helis locus iste modo Ephrata dictus fuisset, frustra addita fuissent hæc verba: Hæc est Bethlehem, inquit D. Cramerus cit. l.

*Parvula*

§. 4. צַעֵר ] Nomen nudum, à Rad. צַעַר Parvus fuit, diminutus fuit. Idem significatum in nomine obtinet: Notat enim צַעֵר Parvum, Exiguum tam qualitate, quam quantitate. Adjectivè autem h. l. non adverbialiter sumendum esse *רַד* צַעֵר evincit (1) locorum Biblicorum omnium inductio, unde constabit צַעֵר & femininum צַעֵרָה nunquam significare *parum* sed semper parvulum sive ætate sive dignitate, tum (2) clara illa N. T. citatio tum (3) plerorumq; celeberrimorum interpretum constans explicatio, tum deniq; commodissima Prophetæ cum Evangelistâ conciliatio: Nec obstat urbium nomina esse feminina, cum extra singularitatem talis compositionis, qualis est in voce כִּית לְרוֹם compositâ ex duoba appellativis masculinis si foret, nihilominus id per Enallagen & subintellectam vocem masculini generis כִּית לְרוֹם quæ mox sequitur, quorsum Prophetam respexisse affirmat CL. Erischmut. in disp quâdem super hoc dictam, explicari commode posset. Sed & poterat צַעֵר esse adjectivum, etsi non in formâ ad כִּית לְרוֹם relatum, atqve sic licet daretur nomen urbis non nisi femininum, צַעֵר tamen posset esse adjectivum masculinum, eo modo, quo Hebræi neutro genere distincto in formâ carentes liberè pro hoc usurpant nunc masculinum, nunc femininum genus e. c. לֹא טוֹב *non est bonum* Gen. 2. 17. קִטְנִי *minimum meum s. minima res mea*. Ita h. l. *parvum est* i. e. *parvula res aut dignitas illa est, ut sis inter millia Ibuda*. Concludimus nunc saltem: Ex voce כִּית לְרוֹם s. huius genere ex hypothese feminino, non solide probari, vocem צַעֵר h. l. non esse adjectivam: sed reddendam, prout primus Osiander verterat: *parum est ut sis inter chiliades*.

§. 5. הִוָּה ] est infinit: conjug. Ral, à Rad. Ut sis הִוָּה fuit cum præfixo ה. Gerundium in Dum constituyente, secundum Cl. Buxtorf. & Trost: \* Quod, cum per conjunctionem causalem UT explicandum, non tam reddi debet *ad existendum*, quàm UT sis, cap. 4. §. 6. בְּאַרְבֵּי ] Nomen plurale in Regim. positum cum præfixo ב à Rad. אָרַב significans in conjug. 1. Didicit, studuit, in conjug. 2. Discere fecit, Docuit, in conj. 3. Produxit millia. Inde nomen hoc in sing.



in sing. מֵלֵךְ Mile, Ghilias. Exod. 38. 28. Dual. מְלָכִים Exod. 38. 29.  
 Plur. מְלָכִים Jud. 6. 15. ut autem eo rectius verba hæc Prophetæ Mi-  
 cha: יְהוָה בְּאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל intelligantur, notamus hîc: Populum  
 Israeliticum in decurias, centurias & Chiliades divisum fuisse. Cujus  
 moris vestigia videre licet 1. Sam. X. 19. Origo vero illius inde usque  
 à Mose accersi solet, qui svasu soceri sui populum numerosum hoc  
 modo partitus legitur Exod. 18. 21. Ad hunc morem respexit Gideon  
 Jud. 6. 15. Domine, inquit, mi, in quo salvum faciam Israel? Ecce  
 chilias mea (מֵלֵךְ non מְלָכִים) tenuis est in manasse, & ego minimus  
 sum in domo Patris mei. Nunc saltem addimus duo (1) in fontibus  
 non scribi מְלָכִים i. e. in ductibus: sed בְּאַלְפֵי i. e. in millibus. (2) locum  
 quoque Jud. 6. 15. rectius reddi: *Chilias mea est pauperrima, quam*  
*prout Junius reddit: Dux meus est pauperrimus.*

§. 7. יְהוּדָה ] Nomen primo omnium quarto Jacobi Pa- *Jehuda.*  
 triarchæ ex Leâ filio proprium, quemadmodum videre est Genes. 29.  
 35. ubi ratio hujus nominis simul redditur, quasi videlicet celebrationis  
 filius diceretur. Dixerat enim Lea jam parturiens: Hâc vice יְהוָה  
 celebrabo Dominum, idcirco vocavit nomen ejus יְהוּדָה. Eadem  
 ratio innuitur quoque Gen. 49. 8. unde liquet derivari à Rad. יָדָה  
 Jecit, Projecit. in Hipil הוֹדָה Celebravit, Confessus est, seu con-  
 fitendo celebravit. Postea tota tribus Jehudæ ita fuit appellata: Pro  
 quâ in præfenti loco accipitur, videatur Buxtorf. Lexic. p. m. 299.

§. 8. מִמֶּנּוּ ] Est particula separabilis cum suffixo הָ singul. *Ex te.*  
 secundæ personæ masc, Separatim מִן Ex, A, Abs. & c.

§. 9. לִי ] Præfixum singul, primæ personæ, cujus integrum. *Mibi.*  
 אֲנִי Ego. Præfixa partic. לְ Dativ. h. l. esse indicat: illum enim casum  
 communiter constituit, quanquam etiam aliquando Genitivum pos- *in th. gram.*  
 sessoris designet, aliumq; usum habeat juxta Cl. Buxtorf. *p. 76. § 560.*

§. 10. יָצָא ] Est tertia sing. fut. Kal. à Rad. יָצָא Exivit, *Exibit, i. e.*  
 prodiit, egressus est. Non autem semper notat *simpliciter egredi, nascetur.*  
 sed de nativitate quoque animalium & hominum accipitur atque signi-  
 ficat sæpè, *egredi ex femore*, Gen. 15. 4. c. 46. 26. jud. 8. 30. interdum  
*egredi ex utero* Deut. 28. 57. Job. 1. 22. & c. Nonnunquam etiam in  
 genere *egredi ex aliquo* Gen. 17. 6.

B

§. II.



*ut sit.* §. 11. **לְהוֹת** ] Hanc vocem quia supra §. 5. vidimus jam præterimus, nec rei ejusdem iteratio lectori sit tædiofa.

*Dominator* §. 12. **מוֹשֵׁל** ] Nomen Benoni nudum à **מוֹשֵׁל** Dominatus est, Dominum habuit vel exercuit.

*In Israel.* §. 13. **יִשְׂרָאֵל** ] Est cognomen sanctissimi Patriarchæ Jacobi, attributum ei à Filio DEI, ut Spiritus Sanctus adserit, eò quod **יְרַעַם אֱלֹהִים** Gen. 32. 28. cap. 35. 10. Quæ verba veram hujus nominis suppeditant nobis Etymologiam, nempe esse compositum ex **יָרָה** Principem se gessit, de principatu contendit, & **אֵל** DEUS. Unde etiam rectè derivat D. Lutherus in glosa marginali ad locum Gen. 35. 28. inquit: *Israel kumpt von Sara / das heist kämpffen oder überwältigen. Daher auch Sar ein Fürst oder Herr / und Sara eine Fürstin oder Frau heisset / und Israel ein Fürst oder Kämpffer Gottes / das ist / der mit Gott ringet / und gewinnet &c.* Abludunt ergo à scopo, qui Etymon vocis **יִשְׂרָאֵל** faciunt quasi **אִישׁ רָאָה אֵל** vir vidit DEUM. Et longius recedunt componentes id à **יָרָה** id est rectius & **אֵל** id est DEUS, quod se rectum cum DEO gesserit ac probum; licet hoc posterius verum sit; prius tamen falsum esse credo cum celeberrimo b. m. Theologo Johann Tarnovio in exercitationibus suis biblicis, has Etymologias, ut falsas, rejiciente, seduloque monente, ne quis omnes Etymologias hinc inde notatas adoret, sed probet, siquidem non ex omnibus quæ quis facit, nomen accipiat. Usitatum autem est in Scripturâ S. Gentes appellari nominibus stirpium seu Patrum à quibus ortæ sunt: Ideo in sacris literis **יִשְׂרָאֵל** sæpissimè pro toto populo Israel ex duodecim ipsius filiiis orto, crebro etiam pro totâ Ecclesia, tum ex Gentibus tum ex Israelitis collectâ, usurpatur: Non illa, sed hæc significatio hîc locum obrinet, de quo & infra in membro 3.

*Et egressus* §. 14. **וּמִצָּחוֹ** Nomen plur. femin. cum prefixo **ו** & *ejus i. e. na-* suffixo **ו** tertiæ personæ sing. masc. à Rad. **צָחַ** Exivit. de qua egimus *trivit as ejus* supra §. 10. Pluralem **וּמִצָּחוֹת** in toto codice sacro non nisi semel, *stilo scri-* hoc videlicet in loco saltem legi, Joh. Avenarius in dictionario suo ob- *ptura &* servat, quod intelligendum est non de terminatione regiminis mascu- *juxta sub-* linâ e. c. **וּמִצָּחַ** vel **וּמִצָּחוֹ** egressus ejus, nec de alterâ feminina **וּמִצָּחוֹת** *quæ etiam* quia



quia utraque saepius reperitur, nec de מוצאות absolutè reperitur *meteriam*  
quippe in קרי 2. Reg. 10. 27. sed de מוצאות in כתוב & sensu præ- *hujus loci,*  
fenti. *caelestiana-*

§. 15. מקדם ] Nomen notans anterioritatem vel antiqui- *tivitas.*  
tatem à Rad. inuñt. in Kal קדם in Pihel v. קדם Autevertit. An- *Ante inti-*  
terior fuit sive ratione temporis sive loci. Hic tamen an adverbiali- *um i. e. an-*  
ter exponendum ob præpositam partic. מ loco separatæ præposit: מ *re quam ini-*  
quippe quæ aliquando cum nomine hoc modo juncta, periphrasin Ad- *tium.*  
verbii constituit, non secus ac in aliis linguis usitatum est, in Græca  
videl. ut Luc. 1. 39. *μετὰ σπουδῆς* cum festinatione, id est *σπεύδαι*  
festinanter, Luth. *Endlich* &c. in Latina: Cic. ad fam in summâ per-  
summam. Confer. Buxtorf. nec minùs an particula מ h.l. per A, Ab, *in th. gram.*  
Vel potius Ante, vertenda, videbimus membro subsequenti. *lib. 2. c. 20.*

§. 16. מימי ] Est Nomen plur. in regim. hic positum, cum *p. 559.*  
præfixâ partic. מ. Alias in plurali est ימים, à Grammaticis inter Atro- *Ande dies.*  
mala relatum, quod in sing יום Dies.

§. 17. עולם ] Seculum, tempus nobis absconditum tam *Seculi.*  
infinitum & æternum, quàm finitum Nomen nudum masc. est: quan-  
doque legitur sine Vau h. m. עולם. Aveuarius derivat à Rad. עולם Ab-  
scondit, occultavit: Quæ radix licet à Buxtorf. in lexico ut inusitata  
ponatur, nihilominus tamen Nomen hoc inde deducendum esse annuit  
eò ipso, dum inter cætera ab illâ radice derivata, & hanc vocem refert.

## MEMBRUM II.

### Textum commodè vertit.

§. 1. Ut verum & in corruptum dicti Prophetici sensum (quem  
in præsentî capite maximè intendimus) indagemus, non est sufficiens  
analysis vocum, sed requiritur etiam, ut versiones accurate attendan-  
tur, illæ verò cum variæ & innumeræ fere sint, instituti nostri non est  
omnes in universum interpretum Biblicorum versiones perscrutari.  
Sufficiat in præsens paucas saltem, quarum inspicendi copia nobis con-  
tingit, diligenter inter se conferre, easdemque cum originali linguâ  
comparare.

§. 2. Hunc laborem non inutilem prædicavit olim Augustinus. *de doctr.*  
*Christi l. 2.*

B 2

*Sepè*  
*c. 12.*



*Sæpè enim fieri verè dicit Andr. Rivetus in Isag. ad Script. S.\* ut una in-  
 \* c. 9. §. 13. terpretatio ambiguum aliquid habeat, quod cum aliâ collatum facile elu-  
 cescit. Deinde ea est vis & proprietas cujusque linguæ, ut per sæpè unum  
 verbum alterius linguæ non æquet aut impleat, quod conatur exprimere, di-  
 verse autem interpretationes, quamvis conceptis sæpè videantur habere di-  
 versos, efficiunt tamen unum quendam perfectum, & ad primaria lingua  
 proximè accedentem.*

§. 3. Inter translationes autem partim propter antiquitatem, partim propter Usus olim facile catholici celebritatem, eminet Græca LXX. interpretum, ex quâ porro, teste Augustino de C. D. in latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesiæ latinæ tenent. In illa itaque dispiciendum primo, num à veritate Hebraica hîc etiam dissentiat, quoniam aliàs constat LXX. hos interpretes in Bibliis Græce reddendis multis in locis & quidem in rebus non levis momenti, à fontibus recessisse, conferantur hîc quæ Excell. & Per Rev. Dominus Præses in dissertatione quâdam Theologicâ de librorum canonicorum variis translationibus Sect. 3. §. 8. 9. de autoritate LXX. interpretum recenset.

*Græca Ver-* §. 4. Verba eorum prout in Wolderi Bibliis leguntur, ita ha-  
*fo LXX. in-* bent: *Καὶ σὺ οὐκ ἔτι βηθλέεμ τὴν ἐφορτὰ ὀλιγοσὺν εἶ τὴν εἶναι ἐν*  
*terpretum.* *χλιόσιν ἰσραὴλ· Ἐκ σὺ μοι ἐξελεύσεται τὸ εἶναι εἰς ἀρχοντα ἐν τῷ*  
*ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἐξοδοὶ αὐτῆς ἀπ' ἀρχῆς εἰς ἡμερῶν αἰωνίου.* In hac LXX. interpretum translatione non adeo multum est, quod reprehendamus, quin potius alicubi consonantissimam illam textui hebraico constanter affirmamus, id quod suo loco fusius demonstrabitur.

*Latina Hie-* §. 5. In latinam linguam à multis etiam, sed diversimodè trans-  
*ronymi.* lata est hæc prophetia. Vulgata versio, quæ à pontificiis, sive ex toto sive numero librorum majore Hieronymo, magna parte fertur accepta, referente modò laudato Dn. Præside ex Bellarm. lib. 2. de V. D. cap. 9. in dissertatione Theologicâ de autoritate latinæ Editionis Vulgatæ lect. 1. §. 2. ita legit: *Et tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus ejus initio à die-*  
*Aria Mon-* *bis eternitatis.* Benedictus Arias Montanus in Regiis bibliis interli-  
*tani.* nearibus Hebræum textum ad verbum exprimere volens, reddidit hoc modo: *Et tu Bethlehem Ephrat hab, parvulus, ad existendum in millibus Jebuda: Ex te mihi egredietur ad existendum dominatorem in Israel. Et egressio-*



egressiones ejus à quondam diebus seculi. Rectè quidem alicubi juxta fontem, at sensum verborum & latini sermonis proprietatem non æque videretur respexisse ac Vulgatus, quò cum coincidit *Andrea Osiandri* *Andrea O-* *versio*, præterquam quod pro *parvulus*, substituatur *parum est, ut sis & c. siandri*. Linguæ Romanæ puritatem si desideras rectius verterunt Imm. Tre Tremellii mellius & Francisc. Junius: *At tu Bethlechem Ephrata, minima ut sis in & Junii.* *duobus Jehuda, ex te mihi prodibit futurus dominator in Israele; cujus ex-* *ortus inde à principio, à diebus seculi sunt.* Omnium optimè tam quo- ad sensum, quam fontem dictum hoc interpretatus est Autor Biblio- rum per Thomam Gvarinum Basileæ Anno 1664. excusorum (qui S. Pagnini & F. Vatabli verbatim se planè sequutum fuisse scribit) latini- tate illud donando hunc in modum: *Tu autem Bethlechem Ephrata hab, S. Pagnini* *parvula es ut sis in mil. bus Jehuda; ex te tamen mihi egredietur ut sis do-* *Fr. Vatabli.* *minator in Israél, & egressus ejus ab initio, à diebus seculi.*

§. 6. Inter vernaculas non minutam laudem meretur versio *Germani-* *Joh. Piscatoris*, quæ sic habet: *Du aber Bethlechem Ephrata, wie wol ca Piscato-* *du klein bist unter den tausenden in Juda, sol mir doch aus dir her- riu* *kommen / der Israel ein Herrscher sey: Dessen Ausgänge von alters* *her, ja von den Tagen der Welt her gewesen sind.* In priori inciso di- cti sententiam clare satis exprimit calvinista; in posteriori tamen sco- pum Prophetæ & Scripturæ phrasin *הוּ יָמִי מֵרֵאשִׁית* ignotasse videtur. Præterquam enim quod Hebræum plurale, positum per E- nallagen pro singulari ad denotandam rei magnitudinem & excellen- tiam, in Germanicâ linguâ etiam pluraliter reddit, ultima illa Empha- tica verba non de absolutâ æternitate, sed periodicâ exponit, adeoque textui vim infert.

§. 7. B. Lutheri Megalandri versio utpote veriore sensum ha- *Lutheri.* *bens* anteferenda Piscatori: *Und du Bethlechem Ephrata / die du klein* *bist unter den tausenden in Juda, aus dir soll mir kommen / der in Is-* *rael Herr sey / welches Ausgang von Anfang und von Ewigkeit* *her geweest ist.* Hanc enim versionem ut maximi faciamus, ne dicam cæteris antepo- namus, movet nos non tam pura illa, quâ elaborata est, locutio Germanica, quàm Empharica Hebraicarum vocum explicatio, quippe scopum Prophetæ proximè tangens, uti ex sequenti membro 3. patebit.

§. 8. Prius tamen quàm ad Membr. 3. progrediamur, unicum



probe notandum, quod interpretes ferè omnes præfixum **h** ver-  
 terint per A vel AB. Sanè ita transtulerunt etiam Theologi Orthodoxi  
 e. c. Giessenses sc. *ab initio inde à diebus seculi*, quibus tamen certum  
 fuit, *voces Olam & Kedem cum præfixo termino à Quo non solum signifi-*  
*care tempus longinquum post mundum creatum: sed absolutam aternitatem*  
*ante omnes creaturas, & adeo hic describi aternam generationem Dei Fi-*  
*lii.* Verùm quàm fide alii quidam id fecerint, cuius per transennam sal-  
 tem illos inspicienti obscurum esse non potest. Nota est utilis illa &  
 pulchra Regula, quam B. Dn. D. Chemnitius Part. I. Exam. Concil.  
 Trident. ex Irenæo annotavit: *Interpres totum corpus doctrina, quæ in*  
*Scripturis traditur, sibi præponere debet, ne interpretatio contra illud fe-*  
*ratur.* Quàm, teste ibidem Chemnitio, videtur (Irenæus) idem velle,  
 quod Tertullianus dicit, secundum plura interpretanda esse pauciora,  
 & quod D. Paulus exigit, ut Prophetia sit analogia fidei. Jam vero Fi-  
 dei analogia & plurima scripturæ loca docent, *Christum aeternum DEI*  
*Filium, de quo hinc Michas: non tantum à mundo condito esse,* (quod sal-  
 tem ex hâc versione necessariò sequeretur) *sed etiam ante rerum omni-*  
*um principium, ante dies seculi fuisse, imò ipsum cum Patre & Spiritu S. ex-*  
*sistisse cæli terræq; creatorem* Joh. 1. 1. 2. & 3. 1. ad Cor. 8. 6. ad Colos. 1. 16. ad Hebr. 1. 2, 10. Psalm. 33. 6. Apoc. 22. 12. 13. & 16. Neque in Scri-  
 pturâ S. præfixum **h** semper significat A vel AB, sed pro ratione mate-  
 riæ quandoque notionem **ante** optinet e. g. Prov. 8. 22, 23. Ef. 43. 13.  
 Psalm. 90. 2. & 93. 2. sicque Græcorum correspondet Præpositioni  
*ἔμπροσθεν*, quæ in N. Test. etiam sæpè notat Ante, ut Matth. 25. 34. ad Eph.  
 3. 9. 2. ad Thes. 2. 23. conf. Ephes. 1. 4. 2. Tim. 19. & rursus Apoc.  
 17. 8. Proinde salvâ celeberrimorum Theologorum, & hos inter Mega-  
 landri nostri Luheri, Helvici, ceterorumque autoritate, cum aliis  
 celebratis, seculi nostri Theologis Orthodoxis Dn. D. Joh. Tranovio  
 in h. l. & in Exercit. Bibl. p. m. 95. & seqv. D. Glafs. philolog. sacræ lib.  
 4. tract. 1. observ. 4. p. 619. 620. Ananiâ Webero dissert. 3. prælim. de  
 Salvat. Christo, & Bohlio in disp. 7. pro formali eruendo th. 45. tutius  
 arbitramur, si particula **h** per Ante reddatur, ita ut quoad totam phra-  
 sin (ad quam hic non autem ad singulas voces e. e. קדם vel עולם  
 in quaestione significatæ hic sive aternitatis sive finitæ durationis vel  
 longinqui temporis, respiciendum, & ex toto illo complexu argumen-  
 tandum) ac rem ipsam Parallelismus ostentatur ex Prov. 8. 22. 23. & seqq.

MEM-



MEMBRUM. III.

Accuratè logicè textum resolvit, scopum & intentionem Prophetæ ad oculum demonstrat, verumque ejus sensum exponit, nec non cum Matthæo conciliat.

§. 1. Haftenus curatè satis, quantum ad institutum nostrum, in singulorum verborum hujus dicti Etymologiam anquisivimus, versionesque præstantissimorum interpretum, licet non omnium, quorundam tamen, secundum fontem, veluti ad Lydium lapidem pensitavimus examinavimusque: nihil itaque restare videtur, quod impediatur, quo minùs ad verum & incorruptum sensum & *ἡ ἀποκάλυψις* dicti Prophetici pervenire queamus, quin potius Leges, quæ in bonum exegetam cadunt omnes observavimus.

§. 2. Ut autem in paraphrasi nostrâ methodicè & didacticè procedamus, notamus ex antecedentibus occasionem, quâ Prophetæ ad insigne & illustre hoc vaticinium de Messia, ejus non modo adventum, sed etiam locum nativitatis, ubi primum exhibebitur populo judaico, disertè exprimit & Prædicat, ac simul personam, officium & regnum ejus luculenter describit, pervenit.

§. 3. Objurgaverat & increpaverat haftenus vehementer Prophetæ nunc in genere & Israelitas & Judæos ob impietatem atque idolatriam, nec non scandalosam vitam: nunc in specie illorum summa capita, tum in pollitiâ tum in religione, hæc, ob fallam narrata & vaticinia; ista ob injustissimam, nequissimam, ipsorumque ordini non convenientem vitam, ipsiusque increpatione addiderat justissimam. Dei securitatem nec emanentem vindictam in funditus delendam urbem Samariam & Hierosolymam, nec non abducendam tribum Juda in captivitatem Babyloniam: estque *ἀνακτίσις* vel *ἀνακτίσις* superioris elenchi, tuncque partis primæ in summaria conclusionem, eademque partim criminali seu quoad Israelis maleficia c. 3 II. partim pœnali seu quoad divina supplicia c. 3. 12. Ne autem consternato & perterrita populo omnem spem suæ restitutionis in patriam ex captivitate Babylonica cederet, & ut quoquo modo istum consolaretur, subjungit hanc dulcissimam

nam



mam & verè Evangelicam prophetiam de Messia tristissimæ concioni  
 priori de vastatione Regni Judaici & excidio urbis Hierosolymorum,  
 atque exilio Babylonico, hunc in modum quasi argumentatus: Promis-  
 sus Messias certo venturus est, & nasciturus in Bethlehem E. tu Gens  
 Judæa, cui à DEO promissus, ejusdem bonitate & ponitentiâ in hanc  
 terram & locum, ubi nascetur & proditurus est Messias, reduceris.  
 Deinde piorum fidem hoc vaticinio excitare & confirmare voluit  
 Spiritus S. ut certissimâ fiduciâ Messiam juxta promissiones Patribus  
 traditas exspectarent, licet diu differretur exhibitio ejus & regum ex-  
 ternum populi interiret, omniaque contraria fieri viderentur promis-  
 sionibus istis. Cum enim ipsum locum nativitatis Messie secundum  
 carnem expressè definiat, in ipsâ terrâ Judâ videl. Bethlehem, omnem  
 dubitationem de adventu ejus tempore à DEO constituto, animis  
 credentium eximit. Neque aliter quàm de Messia intellectam olim  
 à Judæis fuisse hanc contionem Prophetæ non solum ex vetu-  
 stissima Paraphrastæ Jonathani constat paraphrasi, quæ sic habet:

אֹת בֵּית יְהוּדָה מִנֶּכֶד קָדְמִי יִפּוֹק מְשִׁיחָא לְמַחֲוֵי עֲבָדֵי  
 שׁוֹרְטָן עַל יִשְׂרָאֵל דִּי שְׁמִיָּה אֲמִיר מְלֻקְרָמִין מִיּוֹמֵי עֲלְמָנָא;

*i. e. Et tu Bethlehem, Ephrata, parva fuisti ut numerares inter milia do-  
 mus Iudæa: ex te coram me egredietur MESSIAS, ut sit exercens Domi-  
 num super Israel, cujus (MESSIÆ) nomen dictum ab antiquis tempori-  
 bus, à diebus seculi: sed & satis evincitur ex testimonio Pontificum sa-  
 crarumq; literarum peritorum, qui Regi Herodi scisciranti de loco na-  
 tivitatis Christi, vaticinium hoc indicant, & inde civitatem Bethlehem,  
 ut verum & destinatum à DEO ipso locum monstrant, ubi etiam Magi  
 puerum illum & natum Regem Judæorum invenerunt, uti legimus  
 Matth. 2. Nec satis demirari possumus, qua ratione induci moderni  
 Judæi suis popularibus & Synagogæ olim Doctoribus nunc contra-  
 dicant, nec hoc vaticinium de Messia vel Salvatore nostro Jesu CHRIS-  
 TO, sed de alio quodam intelligant, de quibus plura in cap. seqv. Jam  
 ad ipsa verba Prophetæ, cum occasionem & scopum sat evidentem pro-  
 posuisse videamur.*

§. 4. *Et tu Bethlehem Ephrata parvula ut sis in millibus Jebu-  
 da) Convertit se Propheta his verbis per Apostrophem ad oppidum*  
Beth-



Bethlehem seu locum nativitatis Christi, describitque illum non solum, ad eo distinctiorem notitiam, à duplici nomine, illum Bèthlehem & Ephrata appellans; sed & à conditione, i. e. respectivâ parvitate & dignitate, differtè illum Patriam & locum natalitium Messiaë constituens. Matthæus Evangelista locum nativitatis Christi citans, vocat illum Bethlehem terræ Judæ, & quidem notiori appellitatione, ad differrentiam illius Bthlehem ( prout supra notavimus ) in tribu Zabulon sitæ. Oppidum autem Bethlehem per Prosopopæjam affatur Propheta, haud secus ac si cum homine ageret, idque modo rhetoricandi Prophetis usitatissimo. Agit autem Propheta, in spiritu exultans, cum vidit diem Christi, sicut de Abrahamo quoque affirmat Christus Joh. 8. de prærogativâ & dignitate hujus oppidi, quâ in re ista consistat, videl. non in splendissimis ædificiis, neque in amplitudine, neque in magnificâ structurâ mœnium, neque in maximâ confluentiâ civium, & opum, quæ omnia huic oppido Bethlehem deerant, ut ne quidem turmam in campum deducere, atque sic respectu urbis Hierosolymæ & aliarum munitarum ac celebrium civitatum in regno Judæ, parvula & ignobilis optimo jure censeretur: sed in eo, quod ex illo Dux Ducum & Rex Regum proditurus esset, cujus nativitate cæteris omnibus civitatibus in tribu judæ, imo totâ Palæstinâ opulentissimis & omnium rerum affluentia abundantissimis nihil nobilitate & celebritate cederet, ne dicam superaret. Et hoc vult exprimere Propheta his verbis **וְהָיָה בְּיָמָיו יְהוֹרָה בְּבֵיתְלֵחֶם** quod Matthæus Evangelista allegans negativâ phrasi exprimit, dicens *ἐλαχίστη ἐστὶν τοῦ κρημνοῦ Ἰσραὴλ*. Hæc autem apparens *ἀντιλογία* Evangelistæ & Prophetæ hoc modo conciliari optimè poterit, videl. quod Michas consideret Bethlehem qualis suo tempore erat: Matthæus verò qualis nato in eo Christo vel ex respectu nascituri, egressuri inde CHRISTI DOMINI fuit, ut propterea merito maxima & celeberrima ( ut modo innuimus ) inter præcipuas etiam urbes populi judæici haberetur. Quem sensum verba Prophetæ **וְהָיָה בְּיָמָיו יְהוֹרָה** requirant, abundè satis ex illis, quæ in hâc ipsâ §. & supra membro i. §. 7. monuimus patet, quorsum pium lectorem remittimus, ne *ταυτολογία* committere videamur: Hoc tantum hic notamus, Evangelistam vocem **בְּבֵיתְלֵחֶם** reddere *ἐν τῷ*

02.6

C

ἡγεμόνα



ἡγεμόσιν, dicimusque hic nihil ἀντιλογίας occurrere, cum appareat, Matthæum non tam verba Prophetæ, quam potius sensum respexisse. Præterea dici potest, Prophetam collectivè loqui de Chiliadibus, Matthæum δὲ κληῶν de Ducibus Chiliatum vel Chiliarchis, quos hic exprimeret magis ad scopum Evangelistæ attinebat, ut sic ex Bethlehem. & novus hic Dux (seu Christus ex Bethlehem Oriturus) & in omnes omnium Chiliadum Israelis Duces Imperium obtenturus, tantò sublimius eveheretur.

§. 5. Constituto loco nativitatis Christi rectè Propheta procedit ad nativitatis ipsius dilucidationem, quæ in Bethlehem futura erat secundum humanam naturam, eamque proponit α.) vel quo ad correlatum DEUM Patrem, cui etiam secundum naturam humanam, futurus naturalis Dei Filius, & ex æterno beneplacito seu irrevocabili decreto in tempore nasciturus erat, vel quo ad finem φ.) cui in bonum nascendus sit, videl. Israeli. β.) quo ad modum & rationem, quod futura illa sit egressio per temporalem in lucem generationem. Prius Propheta proponit partic. ἢ MIHI egredietur, εἰς, emphatice introducit per prosopopajam DEUM Patrem Dominum cæli & terræ differentem, ac sic quasi Bethlehem a loquendam: Tu oppidum Bethlehem sicuti quondam servo meo Davidi præclaro illi Heroi locum nativitatis præbuisisti, ita nunc rursus natalem locum præbebis maximo Heroi & ter præstantissimo Regi Messia servo meo Davidi promisso, qui sit ἡσδ Dominator, Rex, Dux, Princeps in Israel, atque sic ex te se. oppido MIHI egredietur sive nascetur hic Dux, h. e. secundum meum destinatum consilium, gratiam & promissionem jam olim in Paradiso lapsis Adamo & Eva datam, mittam ego Rex Regum vobis oppressuris & in captivitatem Babylonicam ob ingentia vestra flagitia jam jam abducendis Judæis Messiam, quem vos avidè expectatis, & is erit MIHI fidelis & prudens servus, qui omnem voluntatem meam faciet in prædicando Evangelium ex sinu meo acceptum, & in redemptione ac salute generis humani. Et hæc omnia fient ad laudem & gloriam misericordiae ac veritatis meæ. Posterius Proposit. Propheta verbo fut: נשׂי, cuius radix (ut supra notavimus) est נשׂי, quæ in genere significat Exivit, egressus est, & postea in specie nativitate animalium, sive egressu per nativitatem in lucem usurpatur, & idem est, ac natus est. Ex



est. Ex voce *Egredietur*, citante meo b. proavo Dn. D. Lucâ Bachmeistero Seniore, Academiae hujus quondam Profefs. in pralect. sua in Micham ad hunc locum, Theophylactus id exstruit, quod Christus non sit mansurus in Bethlehem, sed inde exiturus in alia quoque terrae Judaicae loca, sicut in Nazareth postea educatus est, & inde Nazareth vel Nazarenus dictus: ac deinde docuit Evangelium, & innumera edidit miracula, obambulans per Galilaeam & Judaeam, ac tandem non in Betlehem: sed Jerusalem passione, morte & resurrectione sua opus redemptionis humani generis peregit. Haec Theophylactus. Partic. 17

Matth. 2.

Job. 19.

*MIHI* non apud Evangelistam reperitur, quaeritur E. quo modo Propheta cum Evangelista conciliandus? Resp. cum apud Matthaeum Deus Pater locutus minimè introducatur ut apud Michaeam, non mirum si mutata personâ loquente de loco nativitatit Messiae sciscitanti Herodi omisâ hâc particulâ, responderint Legisperiti: & quia quaestio apud Matthaeum proposita erat tantum de loco natali Messiae, circumstantia illa non necessario adjicienda fuit, qui parum ad institutum, de quo agebatur, pertinebat. Non itaque probare possumus illorum opinionem, qui statuunt, particulam 17 redundare in textu, quomobrem etiam ab Evangelista omisâ.

§. 6. A notatione loci nativitatit, & dilucitatione ipsius nativitatit, denique Propheta pervenit ad subjecti & Domini nascendi egregiam descriptionem. Describitur autem nasciturus partim ratione officii, diciturque *הוּדָי* (spiritualis) in Israel aut supra Israel; partim à naturâ divinâ & aeterna ejus generatione. Quo pacto, cum soli Messiae hâc praedicata nempe dominium spirituale super Israel, & aeterna à Patre generatio quoad divinam ejus naturam competant, abunde satis patet de nullo alio, quàm de vero Messia textum loqui, & hunc *Dominum* explicandum esse, quod notandum contra perversos Judaeos. Officium spirituale & regium, quod per modum nascendi affectu lenissimo exercet Messias, indigitatur a.) Epithero *הוּדָי* quod LXX. vertunt *Ἰουδαίου* Matth. per *Ἰσραηλῶν*, Lutherus, *deus in Israel* *HEX* sey. Videt, quod Dominus & caput Ecclesiae futurus, eamque à peccato, morte, Diabolo inferno liberaturus, sicut ipse Messias & Salvator Mundi inquit Joh. 8. Si vos Filii liberaverit, verè liberi eritis. b.) modo, qui declaratur verbo *מִיבְרָחַם* à Mattheo per *Ἰσραηλῶν* addito,



addito, ut ostendat qualitate dominii, quod Propheta non agat de politico & absoluto potestatis: sed pastoritio & lenitatis, non, de violento & tyrannico, sed suavi & jucundo dominio, quo ceu pastor <sup>ἵππυον</sup> curā habet animarū, & circa populum suum omnia præstat, quæ boni & summi pastoris sunt, illud non tantum serviter regendo, sed & spiritualiter alendo & gubernando, potenter defendendo. γ.) Objecto videt. Israel. **יִשְׂרָאֵל** inquit Propheta. Per *Israel* non tantum intelligitur, ut belle monent laudatus meus p. m. Proavus D. Lucas Bacme ist. & Winkelmannus in h. l. *Israel* secundum carnem, seu unicus populus judæus ex Jacobo, postea *Israele* vocato prognatus, sed is, qui est secundum permissionem & vocationem seu spiritualis *Israel* h. e. tota Ecclesia credentium in Christum, ex omnibus Gentibus, per ministerium Christi & Apostolorum in unitatem fidei collecta. Huc, quod sc. Christus sit **יִשְׂרָאֵל מִוֶּשֶׁל בְּיִשְׂרָאֵל** respexit Angelus Gabriel nunciatus Virgini Mariæ nativitatem Christi: Paries, inquit, filium, & vocabis &c. conf. Luc. 1. item Angelus Pastoribus nunciatus nativitatem Christi Luc. 1. ut & Apostoli, qui passim apud Evangelistas Christum Dominum & Magistrum appellitant. Ultimo Propheta introducit subjectum nasciturum quoad æternam generationem à Patre, & sic, ut DEUM naturā & essentiam ab æterno Patre, antequam esset prius vel tempus, i. e. ab æterno genitum, verbis **וּמִצְאתָו מִקֶּדֶם יְמֵי עוֹלָם** Egressiones ejus sunt ante prius vel principium ante dies sæculi. Hæc verba planè apud Evangelistam non leguntur, quæritur E. quare? Resp. cum CL. Frisch. n. l. c. cum de loco duxtaxat nativitatis quæstio esset, probabile videtur, ea, quæ ad illum magnopere non requirebantur, sed personæ descriptionem continebant, fuisse omissa. Quod autem hæc verba Prophetæ simpliciter de æterna filii DEI generatione ex essentia Patris sint intelligenda, ut nos etiam intelligimus, svadet a.) sensus textus: Egit namque hæc Propheta de temporali nativitate Christi, secundum quam certo & destituto à DEO tempore ex oppido Bethlehemo secundum carnem exiturus i. e. nasciturus erat: jam & Propheta probare vult, quod præter illam ex Bethlehemo egressionem Christus aliam, ante principium & dies sæculi egressionem sive nativitatem agnoscat, & hanc quidem propter æternam à DEO suo Patre generationem, & ut verus DEUS est, illam verò, ut verus homo, & in tempore natus.

Sic



Sic enim de se ipſo inquit Joh. 8. Antequã Abraham erat ego ſum, videl. ſecundum divinam naturam, fuit autem poſterior Abrahamo ſecundum humanam naturam, cum multis ſeculis elapſis poſt obitum Abraham ſecundum carnem natus Pl. 2. 6. Dicitur, Dominus dixit ad me. (verba ſunt Chriſti, ac ſi diceret: Dominus DEUS pater meus dixit ad me Filium ſuum Chriſtum) Filius meus es tu, Ego hodie i. e. ab æterno & adeo ante dies ſeculi genui te. β.) acceptio Biblica qua vox egreſſionis pro generativã ſæpè capitur in ſacris. γ.) vocis pluralis uſurpatio, quã perfectiſſima & eminentiſſima nativitas deſcribitur. δ.) conſenſus ferme omnium Orthodoxorum Theologorum præſtantiſſimorum, ut pote D. Pappi, mei b. Proavi D. Lucae Bacmeiff, in h. l. D. Cramerii elaf. 2. Schol. proph. vatic. 2. Tarnovii in h. l. & in exercitat. biblic. pag. m. 94, 95. & ſeq. Calovius Friſchmut, &c. itaque cum hæc ita ſint; ut reverã ſunt, probare non poſſumus r. cum. b. Tarnovio, & ejus veſtigia legente magno Calovio in h. l. eos, qui dicunt eſſe hoc nomen duale & Chriſti nativatem indicare duplicem, alteram à Patre ab æterno, alteram à Matre in tempore factum, cui explicatiõni & antecedens de nativitate humanã inſtituta enarratio, & ſequentiã attributa è diametro repugnant, illud præprimis מִן עוֹלָם quod utrumque interpreteris, uſu tamen Biblico, non temporis: ſed æternitatis eſſe *non dicitur*, & adeo ad generationem humanam, quæ nec reſpectu ſingularis ac immediati actus nec reſpectu Originis, & mediata productionis (utcumq; hanc non ad Davidem Regem ſolum: ſed vel ad Adamum extendas) fuit ab æterno, ſed cepit in tempore, applicari nequit. Illo enim modo *non dicitur* oriatur, & hoc modo falſum. Addimus eos, qui voculam מִן עוֹלָם per Egreſſiones vertunt, in plur. num. uti fecere Arias Montanus, Piſcator &c. formale quidem ſeu literam propheticam ſatis rectè exprimere, cum ſit modus loquendi Scripturæ non adeo infrequens ad denotandam (ut ſupra notavimus) rei alicujus excellentiam, nec tamen improbamus illos qui vertunt in ſing. num. per Egreſſionem, uti Emphaticè reddidit B. Lutherus & alii, ad vitandam hypotheſin quæ vult, ſub plur. מִן עוֹלָם ſenſu literali, latitare duplicem nativitatem Chriſti. Et tantum de *ipſa dicitur* *egreſſione*.



## CAPUT II.

## Exhibens ἐργασίαν ἐλεγχτικὴν.

§. 1. Enucleatis quæ ad verum & in corruptum sensum textus requiri videbantur, pergimus ulterius quædam ex textu Theoremata eruere, eaque φλυαρίαις Adversariorum Judæorum sc. & aliorum opponere, ad ostendendum Messiam verè exhibitum, & verè θεάνθρωπον esse.

## THEOREMA I.

§. 2. Prophetæ Michæ verba de nullo alio, quam de Messia & Promisso protoplastis, Patriarchis & Genti Judaicæ semine mulieris contrituro caput serpentis, intelligenda sunt.

Hoc probamus 1. *prædicatis* in textu subjecto Bethlehemi nascituro ac jam jam dudum nato, tributis, vix non de nudo homine, sed de θεάνθρωπῳ & Rege spirituali in Israele, qualis futurus erat Messias, prædicari possunt, de quibus in Theorem. seqv. 2. *Testimonio*, & quidem a.) *divino* eoque *generali*, ut Luc. i. 31, 32. & *speciali* Matth. 2. 6. Johan. 7. 42, ubi cum quæstio incidit de Christo & promissò mundi Messia, difertè ad hunc Prophetam Micham sequenti modo provocatur: ἔγω γὰρ γέγονα Μὲτ' Ἰερουσαλὴμ: ἔγω ἡ γεννηθὴν εἶπεν &c. β.) *humano* & quidem ex propria domo videl. R. Salomon: cujus præprijis hic notandum, & ceteris Judæorum ac Judæizantibus opponendum est iudicium sc. expresse voces: *ex te egredietur mihi* sic exponit, *וְיָצֵא בְּנֵי דָוִד מִן הַצִּיּוֹן* id est. *Ex de egredietur mihi Messias filius David*. 2. Addit, de illo intelligendam hanc Prophetiam, de que loquatur David in Pf. 118. v. 22. *Lapis quem reprobarunt edificantes, is factus est lapis angularis* (seu in caput anguli) *à Domino est is, & mirabilis in oculis nostris*. At hic Messias. E. nec poterat Rabbini pro veritate religionis Christianæ ullibi facundius eausam perorare. 3. voces illas de egressione Messia ante dies seculi explicat ex Pf. 72. 17. sc. *illam faciam ante solem*, quo nihil est verius. Hieron. de sanct. Fid. & R. Jonathan. autoritas paraphrasis Chaldaicæ, qui hunc textum de Messia interpretatur:



tur: Hisce Hackados & R. David Kimchi adfentiuntur, tamenſi Judæi omnes ad JESUM Nazarenum accommodari negant. Ita enina <sup>וְהַקְּדוֹשׁ יְהוָה</sup> Kimchi. Et tu Bethlehem tamenſi minima ſis in millibus Juda, ex te tamen egredietur mihi, qui ſit Dominator in Iſrael. Et hic eſt Rex Meſſias qui egreſſurus eſt de ſemine David Bethlehemita, de quo Meſſiâ tempore futura natiuitatis vel revelationis, dicendum ſit quod egreſſus ejus Bethlehemiticus ab initio à diebus ſeculi propter temporis longitudinem, quod inter Davidem Bethlemitam & Meſſiam, eſſe debebat: Chriſtiani autem (qui JESU Nazareno hanc Prophecia partem attribuentes ipſum & in Bethlehem natum eſſe, & DEUM ab initio à diebus ſeculi fuiſſe adfirmant) ex eo reſponſum datur, quod ipſe Dominator in Iſrael non fuerit ſed magiſtrael in illum dominatus ſit <sup>וְהָיָה לְךָ מֶלֶךְ בְּיִשְׂרָאֵל כָּל הַיּוֹם מֵעַתָּה</sup> verba ſunt Kimchii: qui hîc prolixè contra Chriſtianos argumentatur, vid. Dn. D. Winckelm. in h.l. D. Calixt. in hiſtor. Magor. p. 27. CL. Friſchm. diſſer. quadam de nativ. Chriſti ex Mich. v. 1. & Lemmich. in vindic. incarnati Meſſiæ argum. p. 73.

§. 3. Damnamus itaque ſpurciſſimos & virulentiffimos Judæos atque omnes quotquot cum iſtis faciunt, qui hoc ſole meridiano clarius dictum non de JESU Nazarano, ſed de Zorobabele interpretantur. Quæ ſententia ut falſiſſima, ſic facilis reſutatu, quam tamen reſutationem propter brevitatem hîc non referimus, ſed ipſi <sup>οὐκ ἐπιτιμῶμεν</sup> reſervamus, ne tamen Lectori remora injiciatur, & dubium quoddam ipſi remaneat, iſtum ad B. Cramer. in claſſ. 3. Scholæ Proph. in explic. vatic. 2. p. 5. 6. Calixt. in hiſtor. Mag. p. 29. & Calov. in comment. in Mich ad h.l. remittimus, ubi ſatis ſuperq; hanc falſiſſimam ſententiam reſutatam reperiet.

#### THEOREMA II.

§. 4. Jeſus Chriſtus, quem nos Chriſtiani colimus, eſt ille Meſſias à Michâ deſcriptus.

Hoc probamus 1. *prædicato*, dicitur enim ſolus Chriſtus, ut hîc à Michâ, ſic Luc 1. 32 Joh. 1. 49. <sup>מֶלֶךְ בְּיִשְׂרָאֵל</sup> Rex. ſc. Spiritua-  
lis in Iſraeli. c. Eccleſiâ, quod quomodo præſtiterit ſupra cap. 1. membr.

3. ad



3. ad vocem  $\text{בְּלֵחֶם}$  explicuimus. 2. loco *nativitatis*, qui à Michâ h. l. Bethlehemi dicitur, in quo Christus natus est Luc. 2. 4 & 6 Matth. 2. 1. unde non sic colligimus: Jesus Christus natus est in Bethlehem, E. Jesus Christus est Messias, quod Judæi Isaaci cavillum est; sed sic: quod is, qui natus est in Bethlehem secundum omnes proprietates, secundum quas Messias à Mose & Prophetis descriptus, verus sit Messias, hoc autem verissimum esse, patebit, si proprietates à Mose & Prophetis Messia dicatas, conferantur cum istis, quas noster Jesus Christus habet, ne hic istis conferendis tempus chartamque teramus.

§. 3. Stolidus ergo & mente captus et recutitus Appella, qui alium  $\text{לְיִשְׁרָאֵל}$  tibi quæris expectasve, debuisses ex eventu judiare  $\text{לְיִשְׁרָאֵל}$  hunc dudum venisse, quippe urbs in quâ ille nasciturus erat, dudum deleta. Sublato E. loco in quo Messias nasci debuit, aut natum esse ipsum, aut Bethlehrem non fuisse verum *nativitatis* ejusdem locum sequeretur, quod tamem posterius secundum Prophetam falsum, prius E. verum esse necessum est.

### THEOREMA III.

§. 6. Jesus Christus, quem Christiani colunt, est verè  $\text{\Theta\epsilon\acute{o}\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \text{H}\acute{\upsilon}\mu\alpha\text{ν}\ \text{C}\text{h}\text{r}\text{i}\text{st}\text{o}\varsigma}$ .

Hoc probamus inde, quia dicitur 1. in textu de illo, quod si exiurus i. e. nasciturus Bethlemi, quod non nisi de vero & naturali homine adfirmari potest. 2. quod fuerit ante principium, ante dies seculi, quod non nisi de vero & naturali DEO prædicari potest. Huic Michâ loco acriter decertanti pro  $\text{\Theta\epsilon\acute{o}\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \text{H}\acute{\upsilon}\mu\alpha\text{ν}\ \text{C}\text{h}\text{r}\text{i}\text{st}\text{o}\varsigma$  Messia ut vel solus sufficere videatur, ad firmiter stabiliendam ipsius  $\text{\Theta\epsilon\acute{o}\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \text{H}\acute{\upsilon}\mu\alpha\text{ν}\ \text{C}\text{h}\text{r}\text{i}\text{st}\text{o}\varsigma$  sequentia loca tam ex V. quam N. T. addimus. Pro humanitate Messia seu Christi pugnant loci ex Gen. 3. 15. & 22. 18. Jof. 9. c. 11. 1. Dan. 7. 13. Zach. 6. 12. 1. ad Cor 15. 21, 22. 1. ad Tim. 2. 5. & innumeri alii, in quibus nunc Filius hominis, Davidis, Abrahami, ex Patribus ortus secundum carnem, fructus ventris Mariae &c. appellatur, nunc ipsi adfectus humani v. g. tristitia Matth. 26. 38. lætitiæ Luc. 24. 39. sexus Luc. 2. 23. sanguis &c. tribuuntur. Divinitas Messia seu Christi adstruitur 1. & nominibus divinis, nuncupatur enim nomine essentiali solumque Deo pro-



proprio Jehovah Jerem. 23. 6. Zach. 2. 10. & seqv. Esaia c. 8. 13. conf. ad Rom.  
 9. 33. & c. 1. Pet. 2. 8. vocatur insuper filius DEI *Adonai cum Kamez*, quod no-  
 men hac formâ itidem soli DEO proprium est, Genes. 18. 3. 27. item indi-  
 gitatur a solatè DEUS Joh. 1. 1. & quidem subjective, 1. ad Tim. 3. 16. Deus ve-  
 rus 1. Joh. v. 20. Deus magnus ad Tit. 2. 13. Deus benedictus in secula super  
 omnia ad Rom. 9. 5. Deus Dominator noster in epist. Jud. vers. 4. Thomas il-  
 lum Deum suum & Dominum vocat Joh. 20. 28 Postremo Deus noster Apoc.  
 21. 6. appellatur. Quæ nomina primario non officii aut dignitatis, sed naturæ  
 & essentia divinae sunt. Inferunt E. Christum verum naturâ & essentia DEUM.  
 II. *E. descriptione Deitatis*, videl. quod in Christo dicatur habitare plenitudo  
 Deitatis corporaliter ad Coloss. 2. 9. III. *Ex attributis divinis*, à quibus ad i-  
 psam naturam firmissima elicitur consequentia: Talia sunt a.) immutabilitas,  
 Psal. 102. 26. ad Ebr. 1. 11. ß.) Aeternitas, Prov. 8. 24. & præsentî dicto Mich. 5.  
 1. adeoque Messias verè existit 1. *ante conceptionem & nativitatem temporalem*  
*factam*, juxta nostrum Micham. Bethlehemi, quod probamus a.) *ex ipsius*  
*missione*, quia missus & natus est è muliere, ad Gal. 4. 4. ideoque antequam  
 nasceretur & mitteretur, existere eundem oportet. b.) *in carnatione*, quia car-  
 nem adsumit Joh. 1. 14. ideoque antequam adsumeret, existere oportuit. c.)  
*E. tempore Abrahæ Patriarchæ*, de quo ipse Messias Joh. 8. testatur, quod suo  
 jam tempore viderit diem suum. Quo igitur tempore diem Domini vel Mes-  
 siae vidit Abraham, eo Messiam existisse oportuit. d.) *E. præexistentiâ ante A-*  
*brabamum*, quàm *ἐγενήσθαι* adserit Christus Joh. 8. Amen Amen dico vobis, an-  
 tequam Abraham esset, ego sum. e.) *E. prioritate ante Johan. Baptistam*.  
 Nam post me veniet, qui ante me fuit, quia prior me erat inquit Messias  
 Prodromus & Angelus Johannes Joh. 1. 15. 1. *Messias verè existit ab æterno*,  
 quod probamus a.) ex Epitheto, quo vocatur El. 6. 9. *אֵלֵינוּ* Pater æternitatis  
 vel æternus. b.) *è præexistentiâ ante principium & creationem omnium rerum*,  
 præsentî loco nostro Michæ V. 1. Joh. 1. 1. c.) *E. descriptione æternitatis Messia*,  
 vocatur namque A & Ω Principium & finis Apoc. 1. 11. 17. c. 2. 8. c. 22. 13. & c. plu-  
 ra possemus quidem pro æternitate Messia addere, sed brevitate studemus, pi-  
 us Lector ea ipsa subjanget. γ.) attributum divinum Messia est *immortalitas*,  
 talis qualis est DEI Patris Joh. 5. 26. d.) *Divinam omnipresentiam* Matth. 18. 20. 3.)  
*Omnipotentiam*, quæ per dominium in universam terram denotatur, Ps. 2. 8. Mat.  
 28. 18. & c. 2.) *Omniscientiam*, Joh. 2. 20. c. 16. c. 21. 17. ad Col. 2. 3. η.) *Divinam ho-*  
*nor gloriam & adorandam maiestatem*, Ps. 2. 12. cum quo conf. Jerem. 17. 5. & 7. Jesh. 28. 16  
 cum 1. Pet. 2. 6. II. 4. 5. 22. cum ad Rom. 14. 10. & c. objectum autem fidei salvifica  
 & cultus religiosi esse non potest, nisi qui sit verus & naturâ DEUS, Matth. 4.

D

10. ex



10 ex Deut. 6. 13. & 10. 20. IV. Ex operibus divinis E. G. conterendo caput serpen-  
tis Diaboli, Genes. 3. 15. Salvando Israel em æternâ salute Jes. 45. 17. creando  
conservando & gubernando omnia Genes. 1. 2. conf. Job. 1. 1. Manet ergo Mes-  
siam seu Jesum Nazarenum quem nos Christiani colimus, verè esse *Ἰησοῦς*

§. 7. Hinc falsissimi i. Ebionitæ, Cerinthiani & Samosatreniani, qui  
Christum tantùm communem hominem fuisse somniant, cum tamen doceat  
hic Michas quod & quam plurimis testimoniis Scripture probavimus, esse &  
verum hominem, & verum Deum. 1. Pauliniani, Photiniani & Servetiani, qui  
Christum seu Messiam in Mariâ virgine primum cæpisse blasphemant, cum Mi-  
chas doceat aliisqve Scripturæ dictis demonstraverimus, fuisse eum ante prin-  
cipium, ante dies seculi. 3. Marcionitæ & Valentiniani, qui Messiam corpus fide-  
reum ex cælo secum attulisse contendebant, quod repugnat isti, cum Propheta  
dicit, *exibit ex Bethlehem*, quæ verba planè non permittunt Messiam seu  
Christum ex cælo corpus fidereum attulisse.

CAP. III.

Exhibens ἐργασίαν πραγμάτων.

§. I. Pensitato elencho, procedimus ad usum practicum, nil curantes,  
moralia tractare, potiùs esse *ἑκδημιῶν* quàm *ἀκαδημιῶν*, præprimis, cum ad  
plenam exhibitionis & *Ἰεσοῦς* Messiam tractationem quam maximè facere  
videatur intacta ea hinc relinquere nefas duximus, eorum unum vel alterum,  
såltem indicando certisqve potismatibus includendo.

PORISMA I.

§. 2. Promissiones divinæ certissimæ sunt.

Hoc ex eò constat, quod à DEO hinc per Micham promissus populo suo  
Messias Belchemi nasciturus, dudum ante 1669. annos natus sit, veluti docet  
historia Evangelica Luc. 2. & Matth. Nullus itaq; priorem desperet sub afflictio-  
nibus suis, ac si nunquàm ab iis liberandus sit à DEO, liberabitur certò ab illis  
statuto à DEO nobisque commodo tempore, prout Christus natus elapso à DEO  
destinato tempore ad Gal. 4. 4. Tu modo non desiste DEUM ardentissimis fa-  
tigare precibus, voluntatemq; tuam divinæ subicere: qui enim promisit eju-  
lanti in angustiis succurrere, iste certè succurret & non tradabit, DEUS enim  
non est homo qui mentiat.

PORISMA II.

§. 3. Fides nostra objectivè est firmissima.

Patet.



Patet: credimus enim in Messiam seu Christum, extra quem non est factus Act. 4. 12, jamdudum natus Bethlehemi juxta effatum Michæ, fiducialiterque dicere possumus, Christus ascendit in cælum, & Christus descendit in abyssum, nec dein expectamus Christum, cum Bethlehem locus nativitatis Christi dudum deleta, delirantes cum Judæis dicendo: Quis ascendet in cælum &c; ad Rom. 10.

PO R I S M A III.

§. 4. Christus Bethlehemi, i. e. in domo panis natus

Hoc ideo factum, ut indicaret, se esse panem vitæ de cælo missum: quicumque enim eò vescetur, nunquam esuriet, ut ipse inquit Joh. 6. 35. & purissimum illud titrici granum, quod moriens multiplicem tulit fructum, Joh. 12. 24.

Et quidem Bethlehemi Ephratæ, id est, fructifera,

*& ut Adrichomius scribit, præprimis vino,*

ut testaretur se esse vitem fertilissimam, prout se vocat Joh. 15. v. 1. & seqv. palmites undiquaque exferentem i. e. pios, fideles per suum verbum & sacramenta sibi implanantem. Deinde ut testaretur, se esse fertilissimum salutis fundamentum, divitem in donando omnia bona spiritualia, vitam videlicet æternam, reconciliationem &c.

Quod Matthæus reddidit, Bethlehemi Judæ i. e. celebrationis. ut se, DEUM supra omnia benedictum in secula notaret ad Rom. 9. 5.

PO R I S M A IV.

§. 5. Christus non natus Hierosolymis, sed in exiguo oppido Bethlehem.

Hoc factum ideo, ut ostenderet, se humilia hujus mundi eligere, & potentes secundum Legem non incedentes pudefacere, sicut 1. ad Cor. 1. copiosius dicitur. Hinc solare & erige te, qui quis humilis & despectus coram mundo es, vel ab hoc abjectissime censeris, DEUS potentes de sede deponit, & exaltat humiles. Luc. 1. 52. quemadmodum Josephum, Davidem inter fratres suos contemptissimos evexit, Esberamque in regium collocavit solium. Humiliem igitur nos sub potenti ejus manu, ut ipse nos extollat opportuno tempore 1. Pet. 5. 6. Introspectentes, quomodo Christus ipse Bethlehemi in oppitulo, ex Mariæ Fabri sponsâ nasci, & Nazarethi, in ignobili ceteroquin educari, humilimamque vitæ conditionem eligere voluerit Math. 2. 6. Luc. 1. 48. Joh. 1. 47. Marc. 6. 3.

PO R I S M A V.

§. 6. Nativitas & prædicatio Christi decus addit civitatibus,



Veera namque gloria civitatum non in magnificis ædificiis, omnium rerum affluentia & amplitudine &c. consistit, sed in eò, quo Christus in iis, licet non corporaliter, ut Bethlehemi, spiritualiter tamen nascatur & prædicetur, *Math. 11.* quamobrem in cælum usque evehuntur, uti de Capernaum dicitur.

23.

PORISMA VI.

§. 7. Datur reverã pluralitas personarum in Deitate.

Nam hîc Jehova loquitur de Filio suo, ut DEO. Hoc firmiter anima Christiana credere & defendere debet contra Antitrinitarios, negantes pluralitatem personarum divinarum, S. Trinitatem in Unitate.

PORISMA VII.

§. 8. Christus reverã est in Ecclesiã sua Dominus.

*Ita enim Michas inquit, qui sit Dominator in Israel, idque* 1. Generaliter, Nam dominatur morti, peccato, Satanæ, mundo &c. *Hof. 13. 14. Ef. 53. Luc. 11. 21. 1. Joh. 3. 8. Zach. 3. 1. Pf. 120. 2. 1. ad Cor. 15. 24. 25. 26. Et contra idem suos subditos fideliter pascit, Pf. 23. 1. Joh. 10. 2. Specialiter idque, a) In recreationis & gubernationis Joh. 1. 3. c. 5. 17. ß.) redemptionis, 1. ad Cor. 6. 20. 1. Pet. 1. 18. 7.) ratione defensionis & glorificationis Joh. 6. 37. c. 10. 28. &c. Gaude igitur anima tanto Rege & Pastore, quis enim potest tibi nocere, si hîc te regat & pascat? Ipse Pastor bonus, ut ipse enarrat Joh. 10. qui pro ovibus suis animam relinquit.*

PORISMA VIII.

§. 9. Messias seu Christus est verus homo.

Quia natus homo in Bethlehem, ut testatur Michas. Homo autem factus ob quinque rationes. *Prima est*, quia homo peccaverat, ordo justitiæ postulabat, ut aliquis in genere humano poenam persolveret, quæ esset pretium pro peccatis ad Rom. 1. 15. *Secunda*, ut pati, & mori pro homine posset, quod præstitisse Evangelica historia docet. *Tertia*, ut inter DEUM, & nos agere, DEI consilium nobis exponendo, posset. *Quarta*, ut *Caritas & misericordia* suam erga homines ostenderet, humanam naturam adsumendo: Ut enim pueri, sic Christus particeps factus est carnis & sanguinis, quò per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium h.e. Diabolum &c. inquit epistola ad Hebræos c. 2. 14. eamque ad dexteram DEI Patris collocando. *Quinta* ut nobis firmisimam consolationem adhiberet, Diaboli regnum, non solum divinã, verum, etiam humanã naturã destruendo, atque adeo caput serpentis per



tis per semen mulieris conterendo. Gen. 3. Hinc talem fructum ex Christi sancta incarnatione, conceptione & nativitate percipimus, quod is noster sit Mediator, & sua innocentia, ac perfecta sanctitate nostra peccata, in quibus concepti sumus, tegat: ne in conspectum DEI veniant, ad Hebr. 2. 17. Debuic per omnia fratribus assimilari; ut misericors fieret, & fidelis Pontifex apud DEUM, quo repropitiaret delicta populi.

PORISMA IX.

§. 10. Idem tamen verus ac naturalis DEUS est.

Quia ante principium, ante dies seculi existisse à Michà adfirmatur. Oportuit autem Messiam esse DEUM propter quatuor causas. *Prima est*, ut esset λύτρον, seu pretium pro peccatis æquivalens. Es. 35. 4. DEUS ipse veniet & salvabit vos. *Secunda*, ut molem iræ DEI, & pænarum sustinere, & mortem, ac Diabolum vincere & justitiam ac vitam æternam restituere posset 1. Joh. 3. 9. in hoc apparuit Filius DEI, ut destruat opera Diaboli. *Tertia*, ut esset deprecator ingrediens in sancta sanctorum, videns pectus Patris, & corda invocantium Joh. 1. 18. Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. *Quarta*, ut firmisimam haberemus consolationem adversus horrendum regnum, & immanem potentiam Satanæ. Joh. 16. 33. Confidite, Ego vici mundum.

Lætare hunc anima & exulta, te non habere Messiam nudum hominem, & corporalem Regem & Dominatorem, qualem Judæi adhuc expectant: sed spiritualem & verè βασιλευς βασιλευ, Regem Regum, qui omnia potest, quique ex potestate Satanæ, Mortis & mundi te perditum & miserum hominem eripuit & liberavit. Disce ô Anima! fugere vitia & peccata, Nam propter hæc Messias venit, ut à peccatis salvum faceret populum suum. Noli E. rursus te iisdem immergere. Noli cum Judæis hunc adventum spernere. Si Regem istum non recipis ad te venientem num contra te venientem sustinebis? Proinde osculare Filium, ne irascatur Ps. 2. Fac ô Anima! quæ Regi huic adventanti placent: Eleva portam animæ tuæ, eleva ipsi fores cordis tui, ut introcat Rex glorie! Crede in eum, obtempora ipsi, collauda eundem, & canta eidem Hoschanna gratiarum actionis; Quod ipsietiam in præsens dum claudimus dissertationem nostram cantabimus, dicentes: *Gratias ago tibi Filii DEI, Mediator & Redemptor humani generis unice, quod Præcet, in plenitudine Temporis veram humanam naturam personaliter tibi univisti, & ex Maria virgine dignatus es nasci propter me miserum & perditum hominem*



*vah! Quanta est Quidam Deum tua, quod non Angelos, sed semen Abrabe apprehendasti: Quae tibi pro isto incomparabili beneficio persolvam? cum nihil aliud possideam humile & obediens cor, atque gratum animum offero, quem non abicies. Tibi sit gloria in sempiterna secula. AMEN.*

## MANTISSA, Continens problemata VII, opposita quibusdam erroneis opinionibus non- nullorum Novatorum.

**P**ROBL: I. An totalis quaedam conversio omnium & singulorum Judaeorum ex Scripturâ S. probari possit? Resp. Neg: Conferantur pro nostra sententiâ quae habent B. Lutherus tom. 8. jen. germ. fol. 109. D. Cramerus de Regno CHRISTI part. 2. cap. 4. qu. 6. Excell. & Per-Rev. Dn. Praeses in Exegesi Aug. Conf. ad artic. 17. th. 30. in Analyfi Epist. D. Pauli ad Rom. ad cap. 11. & in Exegesi in Esaiam Prophetam ad cap. 59. it. Dn. Mag. Henric. Lemmich, in vindicat: incarnati Messiae pag. 149. Nec obstat, quod objiciatur ab his, adserere eam B. Lutherus in editione antiquissimâ Postillae Ecclesiasticae, cum constet ex posterioribus Lutheri scriptis, usq; adeo in oppositum abivisse Lutherum, ut de Judaeorum non solum cunctorum vel plurimorum; sed & vel paucorum conversione bonâ conscientia desperandum esse scripserit, nec magis hanc possibilem agnoverit, quàm Diaboli, vel lapsorum Angelorum. conf. tom. 7. jenenf. fol. 44. & tom. 8. jen. fol. 109. 119. Constat autem tum ex ipsâ Lutheri protestatione, scripta Lutheri priora cum judicio & aliquando cum multâ miseratione legenda, tum ex consensu Theologorum sc. in contradictorio judicandum esse de prioribus Lutheri scriptis ex posterioribus, in quibus longè plurima ibi concessa, imò defensa retractavit, & in illis demum, quae ab anno 1528. scripsit, non esse adeo retractatus locum.

**Probl. II.** An restauratio regni terreni Israël, & mundanum CHRISTI regnum è Scripturâ S. probetur? Resp. Neg. non solum quia cum artic. 17. Aug. Conf. sed in primis, quia manifestè cum Analogiâ fidei, & multis illustribus Sacrae scripturae testimoniis pugnat.

Probl.



- Probl. III. August. Confess. contrarietur Scripturæ S. ? Resp. Neg. inductione omnium Articulorum in eâ contentorum & oppositorum hæreticorum, sc. quæ in illâ probantur, probantur quoque in Scripturâ, & in illâ impugnantur, etiam in hac, &c.
- Probl. IV. An August. Confess. sit traditio merè humana? Resp. non magis quàm Symbolum Apostolicum vel Athanasianum & prout horum: ita & illius articuli omnes continentur in Scripturis, & summa totius Scripturæ in hisce potissimum Articulis.
- Probl. V. An non caput 14. Epist. 1. ad Corinth. loquatur de donis, & præcipuè illis temporariis miraculosis extraordinariis conf. Act. 8, 15, 16, 17. c. 10. 44. c. 19. 6. eorumq; recto usu in Ecclesiâ, atque sic de Prophetando & duceudo bono ordine in Ecclesiâ, & ministerio adeò donorum, horum publico? Resp. Affirm. conferantur quæ B. Lutherus tom. V. jenens. germ. fol. 491. & seqv. Hinc nullo modò ex v. 29, 30. & 31. elicere licet, cessante hodiè illo extraordinario dono, cuius Laico licere in Ecclesiâ docere, cum versu ultimo D. Paulus præcipiat, ut omnia *ἐν γλώσσις καὶ τὰ ἐν ἡμῶν* in Ecclesiâ fiant. Et ne tunc quidem munus docendi publicè singulorum fuit in Ecclesiâ, & ita promiscuum, ut pro lubitu, præsentè, quodam sive raptu, sive impetu, quisque publicè doceret. Apparet id id ex fine doni prophetiæ prælati dono linguarum caput 14. 2. ex thesi Apostolicâ quæ est: *Charisimatis illis & donis sic utendum ut publicè profint, & auditores edificent, & propterea in sacris publicis non tam linguis loquendum, quàm prophetandum quia sc. sacra publica in linguâ Auditoribus ignotâ non edificant auditores, & ad preces in ignotâ linguâ non potest populus dicere AMEN, quin potius hac ratione Doctor Auditoribus est barbarus, & hi tales Doctores, V. 4. 6. 16.* Et si quis Idiota telm Ecclesiam intraret, interpretaturus foret insaniam, vid. vers. 23. illi ergo ibi docentes, non comparandi cum nostris Auditoribus: Sed illo dono Linguarum & Prophetiæ illustres, cum nostris Doctoribus, & utrobique Auditores cum Auditoribus.
- Probl. VI. An extra casum necessitatis e. c. communicantis ægrotantis & jam morituri, promiscuè in quovis abscondito & clandestino loco, Ecclesiâ jam per DEI gratiam liberâ nec pressâ, sacram synaxin administrare liceat? Resp. Neg. quia ad publicum usum & celebrationem DEO instituta 1. ad Cor. II. 29. confer quæ B. Lutherus tom, vers. jenens. germ. fol. 263.

Probl



Probl. VII. An promiscuè & sexus masculinus & foemininus possit admini-  
strare sacram synaxin? Resp. Neg. Probatur ex generali ratione officii Ec-  
clesiastici I. ad Cor. 4. vers. 1. & ex actibus consecrationis Symbolorum  
panis & vini, per orationem & recitationem verborum institutionis, qui  
requirunt ministrum CHRISTI ordinarium. Nec sive à circumcissione  
cujus causa ministerialis potuerit esse femina, sive à Sacramento Baptis-  
mi, cujus licet causa ministerialis ordinariè sit vocatus Pastor Ecclesiæ,  
hoc tamen deficiente, etiam Laici, imo & in extremo necessitatis casu  
ritè & validè possunt baptizare, ad Sacramentum Eucharistiæ valet con-  
sequèntia quia illud initiationis, hoc confirmationis Sacramentum est, &  
quidem tale, ut in casu deficientis Sacramenti per promissiones Evange-  
licas fide apprehensas etiam citra illud Sacramentum confirmationis illa  
possit præstari, unde talis casus extremæ necessitatis, qualis datur ali-  
quando in Sacramento Baptismi, non facilè contingit vel dari po-  
test in Sacramento Eucharistico, quo casu deficiente, nec  
singendum est ministerium extra-  
ordinarium.


Τ Ε Λ Ο Σ.





















tis per semen mulieris conterendo. Gen. 3. Hinc  
sancta incarnatione, conceptione & nativitate per  
Mediator, & sua innocentia, ac perfecta sanctitate  
concepti sumus, tēgat: ne in conspectum DEI venia  
per omnia fratribus assimilari; ut misericors fieret,  
DEUM, quo repropitiaret delicta populi.

PO R I S M A IX.

§. 10. Idem tamen verus ac natu

Quia ante principium, ante dies seculi existit.  
Oportuit autem Mesiam esse DEUM propter qua  
ut esset *λύτρωσις*, seu pretium pro peccatis aequivalens  
niet & salvabit vos. *Secunda*, ut molem iræ DEI,  
mortem, ac Diabolum vincere & justitiam ac vitam a  
1. Joh. 3. 9. in hoc apparuit Filius DEI, ut destruat op  
ut esset deprecator ingrediens in sancta sanctorum,  
corda invocantium Joh. 1. 18. Filius, qui est in sinu  
bis. *Quarta*, ut firmissimam haberemus consolatione  
regnum, & immanem potentiam Satanæ. Joh. 16. 3.  
mundum.

Latere hunc anima & exulta, te non habere  
nem, & corporalem Regem & Dominatorem, qua  
stant: sed spiritualem & verè *θεῖον ὄντονον*, Regem Re  
quique ex potestate Satanæ, Mortis & mundi te perdi  
nem eripuit & liberavit. Disce o Anima! fugere vi  
pter hæc Mesias venit, ut a peccatis salvum faceret  
E. rursus te iisdem immergere. Noli cum Judæis  
re. Si Regem istum non recipis ad te venientem num  
stinebis? Proinde obscurare Filium, ne irascatur Ps. 2.  
gi huic adventanti placent: Eleva portam animæ tuæ  
tui, ut introcat Rex glorie! Crede in eum, obtemp  
dem, & canta eidem Hoschianna gratiarum action  
presens dum claudimus dissertationem nostram  
*Gratias ago tibi Filii DEI, Mediator & Redemptor hu  
in plenitudine Temporis veram humanam naturam per  
ex Maria virgine dignatus es nasci propter me miserum*

D 3



ex Christi  
noster sit  
in quibus  
7. Debuie  
ifex apud

est.

rmatur.  
*Prima est,*  
s ipse ve  
stinere, &  
ere possit  
*Tertia*  
Patris, &  
ravit no  
rendum  
Ego vici

n homi  
ac exspe  
ia potest,  
n homi  
tam pro  
t. Noli  
n sperne  
ntem su  
qua Re  
es cordis  
uda eun  
eriam in  
licentes:

*ice, quod Preces,  
ivisti, &  
hominem  
vahl*